



**Antoninus Diana Panormitanus, Clericus Regularis, Doctor
Celeberrimus, Coram S. D. N. Alexandro VII. Episcoporum
Examinator, & Sancti Officij Regni Siciliae Consultor,
Coordinatus, Seu Omnes ...**

Diana, Antonino

Lugduni, M. DC. LXXX.

43. An venationes licite per Dominos terrarum prohibeantur, vt habet
consuetudo. Ex p. 3. tr. 6. & Misc. 2. res. 18.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-76413](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-76413)

§. 1. **C**afus est quotidianus, & à paucis, quos sciam, pertactatus, cuius resolutio non est ita facilis, ut aliqui prima fronte fortitan diiudicabunt; nam pars negatiua suadetur primò ex Concilio Aureliensi, vel, quod verius est, Antifiodorèsi, refertur 26. q. 5. can. *Aliquantum*, vbi damnantur sortes, quas Sanctorum vocant, & multo ante à Gelasio Papa *dist. 15. can. S. R. E.* reiectus est quidam liber qui dicebatur *Sortes Apostolorum*.

2. Sed ex *Enclyto Ordine Dominicanorum* Mag. Raphael de la Torre in 2. 2. *D. Thoma. q. 95. a. 8. disp. 3. dub. 4.* pro vera resolutione huius dubij ponit duo dicta; sic enim ait: Pro decisione dico primo, quæ fortitio Sanctorum tutelarium secundum quod exercetur communiter, id est, secundum existimationem communem fortientium, meo iudicio non est licita. Explicatur assertio. Mittuntur sortes in vinam inscriptæ nominibus aliquorum Sanctorum, & deducitur ex acervo pro vnoquoque fortientium vna fors, & singuli accipiunt in tutelarem eum Diuum, qui sibi forte contigit, ac si Deus eum sibi designasset in patronum, quem consulit colere. Et hanc fortitionem omnes venerantur, ut à Deo consulente, quod sibi commodius, & vtilius est, & paulò minus oraculo prophætico, aut voce de celo allata aspiciunt. Has sortes sic celebratas non approbo, quia neglectis medijs prudentialibus eligendi Sanctos tutelares ad sortes sine necessitate recurritur, quod crimine tentationis diuinæ non caret, ut ait Diuus Thomas in articulo de omnibus fortibus consultoriis. Certè aliter deberet fieri fortitio Sanctorum, putà attendendo ad calamitates, & arumnas, quas cuius paritur, & in quibus opitulandis Sancti præ cæteris excelluerunt, verbi gratià, patitur quis dolorem capitis, ad Diuum Ioannem Euangelistam Aduocatum recurrit. Cupit quis in officio Concionatoris se exercere, eligit in patronum Diuum Paulum, aut Chrylostomum. Cæterum huiusmodi fortientes, his medijs relictis ad sortes recurrit, vbi modo extraordinario, & improportionato à Deo expectant congruentem adiutorem designari, cum tamen per sortes eum esse designandum Deus non promiserit, neque aliàs certum sit designaturum. Hæc assertio probatur argumentis factis pro parte negatiua.

Secundò dico, non ausim improbare præfatam consuetudinem, si dumtaxat intra limites fortium diuisoriarum contineatur. Explicatur assertio. Desiderant viri, ac foeminae piæ Chorum Apostolicum colore, vel omnes Diuos, quotquot illo, aut alio mense obierunt, aut quid simile; mittuntur sortes, non quidem expectantes à Deo quis sit maioris meriti, quisve Sanctus congruentior Patronus, & huiusmodi, quæ ad consultationem pertinent, sed cupientes sine iurgiis fieri diuisionem committunt se fortunæ. Assero igitur si hoc modo sortes Sanctorum tutelarium fiant, licitum esse. Probatur assertio argumentis factis pro parte affirmatiua. Et hæc omnia docet Raphael de la Torre *loc. cit.*

In indice primo huius Tom. 6. Vide Apendicem ad hunc Tract. 2. Vbi inuenies alias plures quæst. mistas, & dispersas per alios Tom. Tract. & Res. quæ simul pertinent ad hunc Tract. 2. de Consuetudine.

RESOL. XLIII.

An venationes licite per Dominos terrarum prohibeantur, ut habet consuetudo: Ex p. 3. tr. 6. & Misc. 2. Ref. 18.

§. 1. **A**duersus has prohibitiones iuuechitur Hostiensis in cap. non est, de decim. Decius *conf. 197. n. 2.* Thomas Grammaticus *dec. 67. n. 12.* Gulielmus de Benedictis in c. Raynuius, ver. & uxorem, num. 336. Tiraquellus *tract. de nobil. c. 37. n. 150.* & alij.

2. Sed puto licite fieri, quando talis prohibitio fieret ex iusta causa, publicam vtilitatem concernente, vel quando Princeps supremus causa solius recreationis prædictas prohibitiones fecerit, dummodò moderatas illas faciat. Ita Sotus de *iust. lib. 4. quest. 6. a. 4.* qui tamen eandem facultatem aliis dominis inferioribus non concedit, sed Ioannes Valerus in *differentiis vtriusque fori, verb. Peccatum, differ. 16.* putat etiam magnates ob prædictas causas posse licite eadem prohibitiones facere, sed restrictius quàm Principem supremum, ut habet consuetudo. Ita ille, & Villalobos in *summ. tom. 2. tract. 10. difficult. 16. n. 7.* asserit quòd [qualquiera persona puede prohibir que no se caze en su propia heredad, y por este camino los señores vedan que no cazen en sus montes.] Vnde ego olim ex hoc principio defendi quemdam magnatem à quadam indiscreta murmuracione cuiusdam Religiosi, qui tantum Summas veteres habebat.

RESOL. XLIV.

An vineas ingrediens possint licite, & impunè, vvas comedere, & an hoc obseruetur ex consuetudine, etiam sine necessitate: Ex p. 3. tr. 6. & Misc. 2. Ref. 20.

§. 1. **A**firmatiuè responderet Ioannes Valerus in *differentiis vtriusque fori, verb. Peccatum, differ. 23.* vbi sic asserit. Vnicuique licitum est in foro conscientie ingredi vineam ad vnam, aut alteram vnam ibidem comedendam, modò foras non exportet: Ita notat glossa in c. omnes leges, *dist. 1. fas est*, quam allegat Capol. de *seruit. rust. prad. c. 20. n. 3.* vbi dicit idem seruari de consuetudine; imò ex Couarruua in *reg. peccatum, 2. p. n. 3.* & Ripa in *l. damnnum, col. 2. ff. de damno infect.* addit etiam licere viatori, vvas, quas ad comedendum accepit, vel in vinea, vel in via ipsa comedere, etiam sine necessitate famis eas accipiat, adducit textum Deut. 23. *Ingressus vineam proximi tui, comedere vvas quantum tibi placuerit, foras autem ne efferas recum.* Hæc omnia Valerus, & ante illum Couarruua in *reg. peccatum, p. 2. §. 1. n. 3.* Quorum opinio si esset vera, vvas vinearum dominis, & quidem nescio quare hoc privilegium habere debeant comedentes vvas, & non ficus, poma, pyra, &c.